

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mulier ac
cum uariis

Fauus distillans labia meretricis et nitidius guttur eius oleo et cetera. In fauo enim duo sunt: mel et cera; et in facie meretricis similiter duo, scilicet decor et gracia, hoc est pulcritudo oris et dulcedo sermonis. Cera succendit ignem, mel prebet dulcedinem; sic pulcritudo meretricis igne libidinis inflammat carnem, blandimento uero lenocinantis sermonis subuertit mentem. Stillat mel ex cera dum meretrix uerba sua mollit et facit dulcia. Hanc autem dulcedinem eterne mortis amaritudo comitatur. Vnde sequitur ibi: nouissima illius amara quasi absinchium et acuta quasi gladius biceps. Diligit mulier ut decipiat, decipit ut rapiat; amat quod habes, non quod es.

Hugo ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Mulier ac] Mulier ad P V¹ V² L¹ L²; fauus] distinctio *add.* (*del. sub lin.*) B; labia] prouerbia V. *add. supra lin.* B M; guttur eius oleo] oleo guttur eius P V¹ V² L¹ L²; meretricis] meretriicis (*cor. sub lin.*) C; ex] et P V¹ V² L¹ L²; uerba sua] sua uerba M; autem *om.* P V¹ V² L¹ L²; decipiat] capiat P V¹ V² L¹ L²; rapiat] capiat M